

ISTITUZIONI DI DIRITTO ROMANO (A-L)

CORSO PARALLELO DI TERMINOLOGIA E SISTEMATICA
Prof.ssa Rosanna Ortu

FONTI
III

TUTELA DEI DIRITTI:
PROCESSO E AZIONE

GAI INSTITUTIONES

LEGIS ACTIONES

1

Gai 4.1-11

10. Quaedam praeterea sunt actiones, quae ad legis actionem exprimuntur, quaedam sua vi ac potestate constant. quod ut manifestum fiat, opus est, ut prius de legis actionibus loquamur.

11. Actiones, quas in usu veteres habuerunt, legis actiones appellabantur vel ideo, quod legibus proditae erant, quippe tunc edicta praetoris, quibus complures actiones introductae sunt, nondum in usu habebantur, vel ideo, quia ipsarum legum verbis accommodatae erant et ideo immutabiles proinde atque leges observabantur. Unde eum, qui de vitibus succisis ita egisset, ut in actione vites nominaret, responsum est rem perdidisse, quia debuisset arbores nominare, eo quod lex XII tabularum, ex qua de vitibus succisis actio competeret, generaliter de arboribus succisis loqueretur.

LITIGARE PER FORMULAS

2

Gai 4.30

30. Sed istae omnes legis actiones paulatim in odium venerunt. namque ex nimia subtilitate veterum, qui tunc iura condiderunt, eo res perducta est, ut vel qui minimum errasset, litem perderet. Itaque per legem Aebutiam et duas Iulias sublatae sunt istae legis actiones, effectumque est, ut per concepta verba, id est per formulas, litigarem.

ISTITUZIONI DI GAIO

LE AZIONI DI LEGGE-PROCESSO PER *LEGIS ACTIONES*

1

Gaio 4.10-11

10. Poi, fra le azioni, ve ne sono alcune modellate secondo un'azione di legge (su un paradigma di legge), altre che sussistono per virtù e potenza (forza) loro propria. Per chiarire ciò, è opportuno che prima parliamo delle azioni di legge.

11. Le azioni che si usavano presso gli antichi, si chiamavano azioni di legge, sia perché introdotte dalle leggi (infatti, allora, gli editti del pretore, da cui molte azioni sono state introdotte, non erano ancora in uso), sia perché venivano conformate secondo le parole delle stesse leggi, e perciò rese tanto immutabili, al punto che si osservavano quanto le leggi stesse. Così, un tale che ebbe a procedere (ad agire) per titolo delle viti tagliategli, avendo usato la parola viti nella propria azione, gli venne risposto che aveva perso la lite, perché avrebbe dovuto usare la parola alberi, visto che la legge delle XII tavole [451-450 a.C.], in base alla quale competeva l'azione relativa alle viti tagliate, parlava genericamente di alberi tagliati.

PROCESSO FORMULARE

2

Gaio 4.30

30. Ma tutte queste azioni di legge vennero a poco a poco in odio. Infatti, l'eccessiva sottigliezza degli antichi (legislatori) che un tempo formarono il diritto, aveva condotto le cose a tal punto che si soccombeva in lite commettendo anche il più piccolo errore. Di conseguenza, mediante la legge Euzia [II sec. a.C.] e le due Giulie [17 a.C.] le predette azioni di legge furono soppresse, e si prescrisse che litigassimo per mezzo di parole già

3

Partes formularum

Gai 4.39-43

39. Partes autem formularum hae sunt: **demonstratio intentio adiudicatio condemnatio.**

40. **Demonstratio** est ea pars formulae [quae precipue ideo inseritur] ut demonstretur res, de qua agitur: velut haec pars formulae *quod A. Agerius N. Negidio hominem vendidit*; item haec *quod A. Agerius apud N. Negidium hominem deposuit.*

41. **Intentio** est ea pars formulae, qua actor desiderium suum concludit, velut haec pars formulae: *si paret N. Negidium A. Agerio sestertium X milia dare oportere*; item haec: *quodquid paret N. Negidium A. Agerio dare facere oportere*; item haec: *si paret hominem ex ivre Quiritium A. Agerii esse.*

42. **Adiudicatio** est ea pars formulae, qua permittitur iudici rem alicui ex litigatoribus adiudicare: velut si inter coheredes familiae erciscundae agatur, aut inter socios communi dividundo aut inter vicinos finium regundorum. Nam illic ita est *quantum adiudicari oportet, iudex, Titio adiudicato.*

43. **Condemnatio** est ea pars formulae, qua iudici condemnandi absoluendive potestas permittitur, velut haec pars formulae: *iudex, N. Negidium A. Agerio sestertium X milia condemna. si non paret, absolve*; item haec: *iudex, N. Negidium A. Agerio dumtaxat X milia condemna, si non*

predisposte, cioè per mezzo di formule.

3

Parti della formula

Gaio 4.39-43

39. Parti delle formule sono queste: **la dimostrazione, l'intenzione, l'aggiudicazione, la condanna.**

40. **La dimostrazione** è quella parte della formula [che viene inserita prima di ogni altra] con cui si indica il fatto per cui si agisce; ad esempio questa: "PREMESSO CHE AULO AGERIO HA VENDUTO UNO SCHIAVO A NUMERIO NEGIDIO"; oppure "PREMESSO CHE AULO AGERIO HA DEPOSITATO UNO SCHIAVO PRESSO NUMERIO NEGIDIO".

41. **L'intenzione (pretesa)** è quella parte della formula ove l'attore concreta il suo desiderio (esprime la sua richiesta); per esempio questa parte della formula: "SE APPARIRÀ CHE NUMERIO NEGIDIO DEBBA DARE AD AULO AGERIO DIECIMILA SESTERZI"; oppure la seguente "TUTTO CIÒ CHE APPARIRÀ CHE NUMERIO NEGIDIO DEBBA DARE O FARE AD AULO AGERIO"; o anche questa: "SE APPARIRÀ CHE QUESTO SCHIAVO SIA DI AULO AGERIO IN BASE AL DIRITTO DEI QUIRITI".

42. **L'aggiudicazione** è quella parte della formula con la quale è dato potere al giudice di aggiudicare la cosa a qualcuno dei litiganti: così, ha luogo quando l'azione per divisione dell'eredità sia stata intentata fra coeredi, oppure fra comproprietari per dividere una comunione, oppure fra vicini per la regolazione di confini. Giacchè allora si dice così: "IN QUANTO CONVENGA DI AGGIUDICARE, O GIUDICE, AGGIUDICATE A TIZIO".

43. **La condanna** è quella parte della formula che conferisce al giudice la potestà di condannare o di assolvere; per esempio questa parte della formula: "O GIUDICE, CONDANNATE NUMERIO NEGIDIO IN FAVORE DI AULO AGERIO A NON OLTRE DIECIMILA SESTERZI. SE NON RISULTA, ASSOLVETELO"; ovvero

paret, absolvito; item haec: iudex, N. Negidium A. Agerio condemnato et reliqua, ut non adiciatur dumtaxat X milia.

4

Formulae in ius aut in factum conceptae

Gai 4.45-46

45. Sed eas quidem formulas, in quibus de iure quaeritur, **in ius conceptas vocamus**, quales sunt, quibus intendimus *nostrum esse aliquid ex iure Quiritium* aut *nobis dari oportere* aut *pro fure damnum decidi oportere*; sunt et aliae, in quibus iuris civilis intentio est.

46. Ceteras vero **in factum conceptas vocamus**, id est in quibus nulla talis intentio concepta est, sed initio formulae nominato eo quod factum est adiciuntur ea verba, per quae iudici damnandi absoluendive potestas datur: qualis est formula, qua utitur patronus contra libertum, qui eum contra edictum praetoris in ius vocavit; nam in ea ita est *recuperatores sunt. Si paret illum patronum ab illo liberto contra edictum illius praetoris in ius vocatum esse, recuperatores illum libertum illi patrono sestertium X milia condemnate. Si non paret, absolvite*. Ceterae quoque formulae, quae sub titulo *de in ius vocando* propositae sunt, in factum conceptae sunt, velut adversus eum, qui in ius vocatus neque venerit neque vindicem dederit; item contra eum, qui vi exemerit eum, qui in ius vocaretur; et denique innumerabiles eius modi aliae formulae in albo proponuntur.

questa: “O GIUDICE, CONDANNATE NUMERIO NEGIDIO IN FAVORE DI AULO AGERIO”, etc., senza l’aggiunta “A NON OLTRE DIECIMILA”.

4

Formule concepite in diritto o in fatto

Gaio 4.45-46

45. Noi chiamiamo **concepite in diritto** le formule in cui la questione verte su un diritto: come sono quelle con cui pretendiamo “che qualcosa sia nostra secondo il diritto dei Quiriti” oppure “che ci si debba dare” oppure “che ci si debba risarcire il danno per furto”; ce ne sono altre ancora, in cui l’*intentio* è di diritto civile.

46. Noi chiamiamo, invece, **concepite in fatto** le altre formule, cioè quelle che non presentano una simile redazione dell’*intentio*, ma in cui, richiamato all’inizio della formula il fatto, si aggiungono le parole con cui si concede al giudice la potestà di condannare o assolvere: tale è la formula di cui si serve il patrono contro il libertò che lo chiamò in giudizio in opposizione all’editto del pretore. In questa, infatti, c’è [scritto] così: “[CHE SEMPRONIO, MEVIO ETC.] SIANO RECUPERATORI. SE APPARIRÀ CHE TALE PATRONO SIA STATO CHIAMATO IN GIUDIZIO DAL TALE LIBERTO CONTRO L’EDITTO DI QUEL PRETORE, VOI, O RECUPERATORI, CONDANNATE QUEL LIBERTO IN FAVORE DI QUEL PATRONO A DIECIMILA SESTERZI. SE NON APPARIRÀ ASSOLVETE”. Anche le altre formule proposte sotto il titolo “della citazione in giudizio”, sono concepite in fatto: come per esempio quelle proposte contro chi, chiamato in giudizio, né sia comparso, né abbia dato un *vindex*; e così contro chi abbia impedito con la forza chi veniva chiamato in giudizio; del resto sono proposte nell’albo innumerevoli altre formule del genere.

5

Exceptiones

Gai 4.115-116

115. Sequitur, ut de exceptionibus dispiciamus.

116. Comparatae sunt autem exceptiones defendendorum eorum gratia, cum quibus agitur. Saepe enim accidit, ut quis iure civili teneatur, sed iniquum sit eum iudicio condemnari.

6

Exceptiones peremptoriae aut dilatoriae

Gai 4.120-122

120. Dicuntur autem exceptiones aut peremptoriae aut dilatoriae.

121. **Peremptoriae sunt**, quae perpetuo valent nec evitari possunt, veluti quod metus causa aut dolo malo aut quod contra legem senatusve consultum factum est aut quod res iudicata est vel in iudicium deducta est, item pacti conventi quod factum est, ne omnino pecunia peteretur.

122. **Dilatoriae sunt** exceptiones, quae ad tempus valent, veluti illius pacti conventi, quod factum est verbi gratia, ne intra quinquennium peteretur; finito enim eo tempore non habet locum exceptio. Cui similis exceptio est litis dividuae et rei residuae. Nam si quis partem rei petierit et intra eiusdem praeturam reliquam partem petat, hac exceptione summovetur, quae appellatur litis dividuae...

7

Bonae fidei iudicia

Gai 4.62

62. Sunt autem bonae fidei iudicia haec: ex empto vendito, locato conducto, negotiorum gestorum, mandati, depositi, fiduciae, pro socio, tutelae, rei uxoriae, commodati, pigneraticium, familiae erciscundae, communi dividundo.

5

Le eccezioni

Gaio 4.115-116

115. Qui di seguito noi dobbiamo trattare delle eccezioni.

116. Le eccezioni sono state istituite per la difesa di coloro contro i quali si agisce. Spesso, infatti, avviene che uno sia tenuto secondo il diritto civile, ma che sia iniquo condannarlo in giudizio.

6

Le eccezioni perentorie o dilatorie

Gaio 4.120-122

120. Le eccezioni sono dette perentorie o dilatorie.

121. **Sono perentorie** quelle che valgono sempre e non si possono evitare, per esempio quelle di timore determinante, di dolo malvagio, di comportamento contrario a legge o a senatoconsulto, di cosa giudicata o dedotta in giudizio, così quella di patto convenuto che intervenne nel senso che il denaro non fosse assolutamente più richiesto.

122. **Eccezioni dilatorie** sono quelle che valgono per un certo tempo, come quella del patto con cui si fosse convenuto che non si chiedesse il danaro per cinque anni: giacchè, scaduto questo tempo, non ha più luogo l'eccezione. Le è simile l'eccezione di lite divisa e di cosa residua. Infatti, se uno chiedesse una parte della cosa, e durante la pretura dello stesso magistrato domandasse la rimanente parte, viene respinto con questa eccezione denominata di lite divisa...

7

I giudizi di buona fede

Gaio 4.62

62. Sono giudizi di buona fede i seguenti: per compravendita, locazione conduzione, gestione d'affari, mandato, deposito, fiducia, società, tutela, dote, comodato, pegno, divisione ereditaria, divisione di comunione.

8

Actiones in rem et in personam

Gai 4.2-5

2. In personam actio est, qua agimus, quotiens litigamus cum aliquo, qui nobis vel ex contractu vel ex delicto obligatus est, id est cum intendimus *dare facere praestare oportere*.

3. In rem actio est, cum aut corporalem rem intendimus nostram esse, aut ius aliquod nobis competere, veluti utendi aut utendi fruendi, eundi agendi aquamve ducendi vel altius tollendi prospiciendive; aut cum actio ex diuerso adversario est negativa.

4 ...

5. Appellantur autem in rem quidem actiones vindicationes, in personam vero actiones, quibus *dari fieri oportere* intendimus, conditiones.

9

Actiones reipersecutoriae, poenales mixtae

Gai 4.6-9

6. Agimus autem interdum, ut rem tantum consequamur, interdum ut poenam tantum, alias ut rem et poenam.

7. Rem tantum persequimur velut actionibus, quibus ex contractu agimus.

8. Poenam tantum persequimur velut actione furti et iniuriarum et secundum quorundam opinionem actione vi bonorum raptorum; nam ipsius rei et vindicatio et conditio nobis competit.

9. Rem vero et poenam persequimur velut ex his causis, ex quibus adversus infitiantem in duplum agimus; quod accidit per actionem iudicati, depensi, damni iniuriae legis Aquiliae, aut legatorum nomine, quae per

8

Le azioni reali e personali

Gaio 4.2-5

2. L'azione è personale ogni volta che agiamo contro qualcuno il quale è obbligato verso di noi o in forza di un contratto o in forza di un delitto, cioè quando pretendiamo che egli debba *dare, facere, praestare*.

3. L'azione è reale quando pretendiamo o che una cosa corporale sia nostra, o che qualche diritto ci competa, come il diritto di uso oppure di usare e fruire, di passare in proprio e con animali, o di condurre acqua, o di erigere edifici più alti, o di veduta; o quando l'azione dell'avversario è la negatoria.

4...

5. Le azioni reali si chiamano rivendicazioni (*vindicationes*); le azioni personali, con cui pretendiamo che di debba dare o fare, si chiamano intimazioni (*conditiones*).

9

Le azioni reipersecutorie, penali, miste

Gaio 4.6-9

6. Agiamo qualche volta soltanto per ottenere una cosa, qualche volta per raggiungere solo una pena (penale), in altri casi per la cosa e la pena.

7 Perseguiamo soltanto la cosa con le azioni che intentiamo in forza di un contratto.

8. Perseguiamo solo una pena con l'azione di furto, con quella di ingiurie e, secondo l'opinione di alcuni, con l'azione dei beni rapiti con violenza (rapina); quanto alla cosa in sé, infatti, ci compete sia la *vindicatio* (rivendica), sia la *conditio* (l'intimazione).

9. Noi perseguiamo, invece, cosa e pena, nei casi in cui agiamo per il doppio contro colui che nega: ciò si verifica nelle azioni di giudicato, dell'esborsato, del danno cagionato

damnationem certa relicta sunt.

ingiustamente per la Legge Aquilia [III sec. a.C.], o quando si tratta dei legati determinati disposti con la forma di condanna.

N.B.: Per il testo italiano si è tenuta presente la classica traduzione ottocentesca curata dal Tedeschi (*Istituzioni di Gaius commentari quattro*, II, Verona 1857), aggiornandola, in qualche punto, nello stile e modificandola quando è apparso opportuno.